



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 30. Silentium est sapientiæ & intelligentiæ signum, thesaurum
cordis conseruat, & eò nihil tutiùs.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

Sicut vers. 1. & 2. dicit Tabernaculum in quo erat sanctum seculare velamento interceptum fuisse. Ac proindè Christus monet Matth. 7. 6. dicens. *Nolite sanctum dare canibus.* Qui scilicet os à latratu continere nequeunt.

CAPVT XXX.

Silentium est sapientiæ & intelligentiæ signum, thesaurum cordis conseruat, & eo nihil tutius.

*Sapien-
tiæ sig-
num.*

Primùm est, quòd sit sapientiæ signum, vt & intelligentiæ. Nam vt scribit Vincentius in speculo morali lib. 3. dist. 3. part. 1. Socrates inter alios Philosophos tacens, interrogatus vtrum hoc faceret ex inopia, an ex stultitia. Respondit: nemo stultus tacere potest. Idem legitur de Damarato: cui conuenit & id, Prouer. 17. 28. *Stultus quoq; si tacuerit, sapiens reputabitur, & si compresserit labia sua, intelligens.* Vnde Iob 13. 5. ad ami-

cos loquens, inquit. *Utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes.* Nam Prouer. 10. 14. *Sapientes abscondunt scientiam; os autem stultorum confusions proximum est.* Et v. 31. *Os iusti parituriet sapientiam.* Quo innuitur nondum eam propalari: & addit. *Lingua prauorum peribit.* Vide etiam ea quæ diximus superiori capite 9. num. 1. & capit. 26. num. 1. & cap. 27. num. 2.

Secundum est, quod thesaurum in agro cordis nostri & religiosi absconditum Matth. 13. 44. conseruat, ne loquacitate prodatur & diripiatur. Nam ut in Christo sunt absconditi omnes thesauri sapientia & scientia. Col. 2. 3. ita sapientia ab illo nobis est communicata; cuius, ut numero præcedenti diximus, silentium est indicium. Verum ut dicitur Sap. 7. 14. de sapientia. *In finibus thesaurus est hominibus: quò qui vsi sunt, participes fa-*

Thesaurum cordis conseruat.

*Et sunt amicitia Dei, propter disciplina
 na dona commendati. Ut ergò omni
 studio prudentis est thesaurum
 rectè custodire, ne omnibus pa-
 teat; sic & è re nostra fuerit os no-
 strum à loquacitate prohibere.
 Addo etiam vt non tantum bene
 operiatur & claudatur; sed etiam
 vt cautè custodiatur; tenemus e-
 nim eum in vase admodum fra-
 gili: qui facili lapsu collidi pote-
 rit, dicente D. Paulo, 2. Cor. 4.
 6. de Deo Optimo Maximo. Ipse
 illuxit in cordibus nostris, ad illumi-
 nationem scientia charitatis Dei, in
 facie Christi Iesu. Habemus autem
 thesaurum istum in vasis fictilibus, vt
 sublimitas sit virtutis Dei, & non ex
 nobis. Quæ verò fictilia & sublimia
 sunt maxima animi attentione, &
 quàm cautissimè conseruanda esse
 nemo est qui ambigar. De lin-
 guæ verò thesauro sic ait Menan-
 der:*

Menās
der.

*Optimus est homini lingue thesaurus, & ingēs
Gratia, quæ parcis mensurat singula membris.*

Tertiūm est, quòd ea nihil sit
tutiùs, vnde Franciscus Petrarcha
in prologo de vita solitaria inquit.
Silentio nil tutiùs his, quibus ob-
trectantium linguas euadere curæ
est. Addiderim & ego, quibus ni-
hil magis in votis est, quàm à sæcu-
li & mortis laqueis sese expedire,
& ad castra religiosorum conce-
dere, quòd ab exemplis cap. 13. &
similibus allatis, & capit 34. affe-
rendis, satis superq; elucescit. Vi-
de etiam quæ de securitate eius di-
ximus capite 24. num. 1.

CAPVT XXXI.

*Silentium vasis optimorum aromatum coop-
perculum, virtutum prima, in
quo & vita cons-
sistit.*

PRimūm est, quòd silentium sit
vasis in quo quàm plurima

*Silen-
tio nis
hil tu-
tius.*

*Silen-
tium
coop-
per-
culum
aroma-
tum.*

aroma.